

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Jngolstadij XI.Aprilis anni pre=sent[is] vicesimiquarti.
publica disputacione p[er] Sacre theologie. professores,
examniabuntur**

Seehofer, Arsacius

[Augsburg], [1524]


VD16 I 192

[urn:nbn:de:bsz:31-291005](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-291005)



De penitentia & confessione	fo 1	Erasmus
Janus in Angulopar. disputat.	fo 29	
Gregorio de Sacerdotio	fo 44	
Defensio Canonis cont. Pinguin	fo 48	Emser
Lutherus cont. Corleum	fo 80	
Corleus cont. Lutherum	fo 85	
De petre & thoma	fo 100	Corleus
Wasselinus de eucharistia et missa	fo 104	
Ob der glaub allain selig mach	fo 200	Dietenberger
De corrigendis Christi eccle. Erroribus	fo 218	Dietus

D 42 A 1155 RH



Ingolstadij

XI. Aprilis anni pre-

sentis vicesimi quarti. publica dispu-
tatione p Sacre theologie. pro-
fessores. examiniabuntur

Septemdecim articuli. M. Ursaci-
um Seebouer nuper reuocati.

Centum Conclusiones per D. Leonar-
dum Marstaller Nurnbergensem. de
vera Libertate Christiana.

Septuaginta quinque Assertiones per D. Mi-
colam Apell Nequelum de fide. Spe. Charita-
te. ac legis. & ceteris cum Euangelica. collatioe.

Super omnia vincit veritas.
3. Esdr. 3. & desiderium pecca-
torum peribit. Psalmus. 111.

27



Articulos Septendecim Nuper a
Magistro Arato Seebouer. publice Ingolstadij re
uocatos. Doctores in dyle theologicæ facultatis
florentissime Boiorū academię Ingolstadiensis. er
roneos esse. falsos. hereticos ac merito reuocatos.
monstrabit & defendent. id ē eisdē diebus. quibus alie eorū
dem conclusiones. infra conscripte. publica disputatione exami
nabuntur. Ad sint ergo insani vitiligatores. ad sint indocti rerū
theologicarum censors. at q̄ palā. Cq̄ honestas suadet) cōgre
diāt Lacterū vniuersos interim admonēt. articulos hui⁹ modi.
neq̄ omnes. neq̄ fideliter pernebulonem quendā germana ling
ua inuulgatos esse. id q̄ facile ex collatione C quando quidē hic
subnotantur) quibus deprehendet.

Articuli Reuocati.

- S**ola Fides ad hominis iustificationē est sufficiens. 1
- I**usticia dei eiusmodi est. quam de^o impurat nul- 2
lorum operum respectu.
- I**ustificatiōe. nullo operū merito cōsequi potest homo 3
- S**olus deus iustificat. in nos trāssundens spiritum su- 4
um sine nostra actione.
- I**n nulla opera spes vlla est ponenda. 5
- I**mpossibile est fidē esse sine bonis fructibus. 6
- C**um scriptura vsurpat p̄m̄ium pro operibus dari. sic 7
intelligendum est. i. fide saluari.
- H**ī non in petram sed in harenam edificant qui operi 8
bus iustificari contendunt.
- I**n ecclesia nemini est credendum. nisi certo asserat di- 9
uinum verbum.
- I**n ecclesia nihil agendum aut docendum est homini. 10
nisi quod dominus certo tradidit ac demandauit.
- E**piscopo nō licet nisi verbum dei docere 11
- E**piscopum esse est verbum dei profiteri 12
- V**iro dimitenti uxorem suam facultas est aliam duce- 13
re. si militer dimisse mulieri viro alteri nubere. nisi ille arce-
atur qui in culpa fuit cur prius solutū sit matrimoniu.
- N**on licet iurare propter gloriam dei. aut necessitatē 14
proximi propter bona aut temporalia nequaquam licitū
est iurare
- N**eccessē est vt ille qui ab alijs extorquet iuramentum 15
animo in suspicioso. diffidenti malicioso et leni. non re-
uerenti diuine veritatis.
- L**ex per Moysen data exegit ab homine quod non po- 16
terat assequi
- E**uangelium Christi non est spirit^{us} sed litera. cōtra doc- 17
trinā B. Pauli. 2. Cor. 3. dicentis Litera occidit Spirit^{us}
aut viuificat per spiritū intelligens legē Euangelicam.

Ad introre Domino Ihesu.



De vera Evangelica seu Christiana libertate: a multis hoc tempore in turpē quādam vicioꝝum ꝛ inobedientiae seruitute ducta, subscriptas conclusiones, ex sacris literis de pꝓptas. Leonhardus Marstaller Aurenbergensis Artiū ꝛ theologiae doctor atqꝫ in florentissima Bavarie Ingolstadtensi academia: eiusdem Theologiae ordinariꝝ professor publice disputabit: non eo quidem animo, quo rem aliqui certissimam, ꝛ iam pridem definitam, rursus in dubiū, vertat, sed vt quorundam sciolozꝝum, iniqua loquentium, ac indoctum vulgus miserere seducentium, ora obstruat, atqꝫ satisfaciat plerisqꝫ nunc in eare, ob variarum haeresum ꝛ opinioꝝnū vulgationem, herentibus, Exoptans, Inuitans atqꝫ rogans, quos cūqꝫ, vel sanctae fidei ꝛ vere christianae libertatis vindices, vel cōtrariae falsae opinionis temerarios adsertores, adesse.

Ingolstadtij, XI. Aprilis, Anni millesimi quingentesimi vicesimi quarti.

1524

31
Quāquā Christi legē. scripturarū testimo-
nīs cōiuncti. libertatis legem esse fateamur.
ea tamē libertas nequāquā Christianos a
subiectione et obedientia. superioribus de-
bita. eo modo eximit. quo exempro mēdaciter cōfin-
gunt heretici. qui superbia vanitatis (beato Petro te-
ste) loquentes. libertatem promittūt. cum ipsi serui sine
corruptionis.

Quādoquidē tres esse diuersas. hominū potestates. 2
in scripturis sacris sūdatas. et partim per Christum in-
stitutas. partim vō approbatas. quib⁹ fideles necessa-
rio sint subiecti. ita vt iussis licitis et mandatis p̄siden-
tū. parere et obedire teneātur. neminē. vel mediocriter.
in lege diuina versatum. latere potest.

Quārū oeconomicā. et vsu et origine. post protopla- 3
sti p̄uaricationē om̄niū prima. hominis in hominē dñā
tionis ius tribuit. Saluatore etiā nostro Jesu. facto
suo eam approbante.

Veruntamē hec nō ex equo. et marib⁹ et feminis ius 4
illud cōcedit. sed viris Maritalē. paternā atqz herilē.
matrib⁹ familias vō maternā duntaxat et dñatricem
potestātē largitur. tam etsi ius thori vtriqz cōiugū par
esse et comune. gloriosus Paulus ostendat.

Huc post hoīm multiplicationem successit politica. 5
principio cuiuslibet hoīm comunitati. per ius naturale.
in eorundē cordib⁹ scriptū. et ad effrenē malorū audaci-
am conpescēdam. et pacificam cohabitationem seruā-
dam concessa.

Ceterū ad confusionis vitationē. politicę illius ha- 6
benas. nō omnib⁹ passim. sed vni vel pluribus. nūc suc-
cessione. nūc vō electiōe. popul⁹. sese subiiciēdo. cōmisit.

Hinc Imperatores. reges et principes. hinc iudices 7
consules et senatores ceterosqz magistratus. conden-

darum legū. ad salubriē reipub. statum cōducentium au-
toritatem habentes prodūse manifestum est

8 **¶** Nequaquam tñ nos latet. alia etiam via. vt pote vi et
citra inde que admodum de Timbrotho primo in terris re-
ge legim⁹ regni gubernacula plerosqz vsurpasse quos ta-
men ante populi assensum nullum ius habuisse fatemur.

9 **¶** Est ergo rex quilibet et princeps. quicumqz etiā magi-
stratus nō propter seipm. sed communis sui populi bonum
constitutus. est et vniuerso suo populo ob tale ministeriū
inferior. a quo tñ (nisi mēstru⁹ sit aut annuus magistra-
tus) defici nō poterit. vbi non maxime et vrgētissime cau-
se existant. quales in Tarquinio Ro. popul⁹ inuenit.

10 **¶** Rex autē Cristi ab hac presidentiū potestate. iustoqz im-
perio fideles nequaquam liberat. cum Saluator. Cesari.
etiam infideli que Cesaris sūt reddenda dixerit. et beatif-
simus Petrus nos sine regi tanquā p̄cellenti. sine duci-
bus ab eo missis. iusserit esse subiectos.

11 **¶** Docet illud idē glorios⁹ Paulus. vt sublimioribus pote-
statibus necessitate subditi simus. non solum propter irā.
sed etiam propter cōscientiam. et om̄ibus debita reddem⁹.
cui tributum. tributū. cui vectigal. vectigal. cui timorem.
timorem. cui honorem. honorem.

12 **¶** Propter has autē. Christus et aliam p̄dictis multo di-
gniorē. ecclesiasticā instituit potestatem ecclesie sue. in gu-
bernādis sp̄nialibus reb⁹. admodum necessariam. scilicet
omnia prouidentē. et que ad ecclesie vsum cultūqz diuinū
attinet. et qui sanctā vitam. religionē ac animarū salutē
spectant.

13 **¶** Hanc Christus potestatem discipulis suis eorūqz succes-
sorib⁹. quos posuit Episcopos regere ecclesiam dei. his v̄bis
tradidit qui vos audit. me audit. et qui vos spernit. me
spernit.

14 **¶** Neqz autē debet hec potestas. neqz p̄t̄ (vt falso pleri-
qz docēt) ad ea sola restringi. qz expressi sūt iuris diuini.

32
Nāq; apostolos et seniores. imperatīā habuisse autori-
tate. qua leges cōderēt. et ad ea fīdes obligarēt. qz neque
naturali neq; diuino iura vel p̄cepta vel vetita erant.
ex actibus illorum innotescit.

¶ Ita h̄c sibi alijsq; singulariter cōcessam. Diu⁹ Paul⁹
sepe prodidit. ita vt Philemōi se imperare posse om̄e idq;
ad rē pertinet. dicere nō dubitaret. et discipulū suū Titū
cum omni imperio arguere. ad moueret.

¶ Hinc sanctissim⁹ martir Dionisi⁹. gloriosi Pauli disci-
pul⁹. docet. Cūsti apostolos. varias. et ritū et ceremoni-
arū circa diuina officia peragenda cōstitutiōes tradidisse
hodie etiā plerasq; seruari solitas. id q̄b. Pauli ad Cori.
promissio indicat. scribēt. Cetera autē cū venero disponā.

¶ Quos etiā quadragesimam. et sanctā dñice passionis
hebdomadā. sed et quartē et septē ferie ieiunū. olim insti-
tuisse. ex sancti Ignati⁹ apostolorū ceraneie et Sancti Jo-
annis Euangelistę discipuli. epistolis coniectamus.

¶ Regimus p̄terea Apostolis ligādi et solūde potesta-
tē. in foro ecclesie iudiciario. cū prescripta pena ordinaria.
inobediētib⁹ et cōtumacibus infligenda. a Christo fuisse
traditam. Hosq; coercitiuam suam auctoritatē. nōmodo
cōminatorijs verbis. verum etiam factis. quibus duriter
quosdam tractarunt. abunde testatos esse.

¶ Et quamuis omnes Apostoli pari ordinis. atq; apo-
stolat⁹ cōsortio. honore et potestate fuerunt p̄editi. nō tñ
omnes equalem regiminis spiritalisq; iurisdictionis po-
testatem. super fideles consecutos. asseueramus.

¶ Quādo quidē Saluatorē nostrum in Petro Archi-
am instituisse. atq; tāquam generalē suū vicariū. post suā
in celis ascēsiōē. ceteris apostolis cūctisq; fīdlib⁹ p̄fecit
se ex plurib⁹ sacrarū literarū eloquijs. liq̄o deprehēdim⁹

¶ Qui et ob id sol⁹. certū et fixū meruit habere successorem
Romanum pontificē (aliorū omniū apostolorū sedib⁹ iam

15

16

17

18

19

20

21

pride sublat) vt semper p̄gresser vn̄uersali e ecclesie indy-
bitatis pastor. in omes et Diētis et occidēt Episcopos
(q̄s recepte restātur historie) autoritatē suā exercens.

22 **C** Hinc gloriosus martir Ciprianus. Ecclesiam Roma-
nam Petri cathedram. ecclesiam principalem. et catholicę
ecclesie matricem. appellat. vnde vnitas sacerdotalis sic
exorta. cōtra quā solam heretici omnes. sua erigūt ca-
pita. autoritatem eius eneruare conantes.

23 **C** Manebit tamē. quē admodū hacten⁹ firma permāsit
perpetuo hec sedes. pereūtib⁹ quot quot illi temere insul-
tant. vel Lutheranis etiā hereticis. et falso atq; ridiculis
lede deiectione ei⁹ gloriāntibus. et frustra molientibus
illius euersionem.

24 **C** Constituto itaq; Christi ordinatiōe Principe sacer-
dotū neq; inferiores alij. omnium dominicū pastores/
equalē in suos subditos regiminis potestatem habere
certum est.

25 **C** Nam sicut Episcopi perfectiorē ordinis gradū. quā
simplices sacerdotes. ad gregis dominici curā. loco 22.
discipulorum coassumpti. acceperunt. ita quoq; ampli-
orē officij sui pastoralisq; iurisdictionis autoritatem. ex
Christi institutione proculdubio habent.

26 **C** Neq; S. Hieronim⁹. eos dē apud veteres fuisse pre-
spiteros et Episcopos affirmās. magisq; illorū inuicē
p̄elacionis et subiectionis discrimē. ecclesie consuetudi-
ne. quam dominicę dispositionis veritate. exortum scri-
bens. nobiscum. si recte intelligatur pugnat.

27 **C** Impie igitur errant. qui nō modo nullā. inter Epi-
scopos et presbiteros. sed nec inter ipsos et laicos spiri-
talē admittunt differentiam. Cū gloriosus Paul⁹ Epi-
scopus et presbiteros per manuū impositionē. singulari
gracia ceteris haud comuni. presbiteros esse insinuet.

Erant preterea non minus. qui omnem prelationem Apo-
stolis eorumque successoribus a Christo veritatem arbitrarentur. di-
cente illo Principes gentium dominantur eorum etc. aperte mon-
strantes se. vel scripturas non intelligere. vel easdem ad par-
vum sensum. qui est hereticorum peculiaris morbus torquere.

28

Obligant ergo ad sui observationem fideles hodie ecclesie
statuta et decreta pontificum. quod hi Apostolorum successores
pariter regimini et iurisdictionis potestatem habere dignoscun-
tur et Apostolus preceperit. Obedite prepositis vestris et
subiacete eis.

29

Quantum etiam delictum sit non obedire sacerdoti. lex indi-
cat Mosaisca. olim talibus mortis penam infligens. scriptura
nuntiante. qui superbiae. nolens obedire sacerdotis impe-
rio. qui eo tempore ministrat domino deo tuo. ex decreto iudi-
cis moriatur homo ille.

30

Enimvero. tam et si Pontifices sint infirmitate. sicut et
nos. circumdati. nequaquam tamen. in fidelibus imperandi. prop-
ter corruptos mores. aut perditam eorum vitam. illis adimitur.

31

Quoadmodum enim sanctus Petrus. non tamen bonis et modestis do-
minis. sed etiam discoloribus servos obedire precepit. ita quoque
Christus mandatis iniquorum Prelatorum (qui dicunt et non fa-
ciunt. et imponunt gravia onera in humeros hominum. que
ne digito quidem ipse movet) obtemperare. non consideratis
eorum operibus. iussit.

32

Iccirco e quo anno. et sine ulla vel detractioe. vel (ut scri-
ptura docet) maledictioe. tolleranda est prelatorum malitia
modo in fidei destructionem. aut perniciosam subditorum iac-
turam non vagat. Hypocritas enim (ut in Job scriptum re-
peritur) ob populi peccata regnare deus facit.

33

Necque tamen asserimus. neque etiam credimus. tantam in sub-
ditos recepisse pontifices potestatem. ut ipsis liceat. vel pro ar-
bitrio illos tractare. vel quoniam etiam licite imperare. ita
ut in omni casu parendum sit et obediendum.

34

b

indis-
scopus
mens.
Roma-
atque
tralis su-
gunt ca-
rmasse
re insul-
ridicis
ntibus
sacer-
dotes/
alere
qua
co 7.
em. qd
e pre-
mic
rudi-
scri
Epi-
spiri-
Epi-
alari

- 35 ¶ Sicut em̄ B. Paulus. a fīdilibus. rationabile dñtayat
obsequiū exigat ita quoq; p̄positis ad edificationē solū
traditā esse infīdles potestate aperte ostēdit. quare subditi
nō nisi ratiōabilib; & edificatorijs statutis obstringi possūt.
- 36 ¶ Te autē dicimus statuta rationabilia. que secundum
communē humane fragilitatis modū portabilia. neq; le
gi diuine aut naturali aduersantia. honorē dei fideliū sa
lutē. atq; Christiane reipub. utilitatē promouēt. neq; pō
tificie autoritatis limites transgrediuntur.
- 37 ¶ Quo fit vt nequeāt p̄elati. grania illa supererogatio
nis cōsilia et opera (cuiusmodi sunt. bonorū abdicatio. ca
stilitatis perpetue integritas. professio religionis arctę
atq; id genus alia) pro arbitrio. absolute. sine certa et ma
gna causa. cuiquam p̄cipere aut imponere.
- 38 ¶ Minime tñ Lutheranoū sentētie. aut si manus insanie
ad stipulamur. cōdentiū sacerdotes et religiosus patrū le
gib;. ad seruandā cōtinētiā. ob id. cogē nō posse. quasi ec
clesiasticorū celibat;. causas nō habeat p̄gnatissimas.
- 39 ¶ Neq; aduertunt malesani. nil aliud in hac re. ortho
doxos patres ordinasse. quam celibes solos. ad maiores
ordines promouendos. qđ alio qui nullo vnq;ā tempore.
ab euāgelij promulgatione. liceret post susceptos maio
res ordines. matrimonij vinculis quēquā sese cōstringere
quāuis in primitiua ecclesia. ob singularē fideliū probita
tē. cōiugati passim et Episcopi et sacerdotes cōstituerentur.
- 40 ¶ Ceterum cum tēpore ipso. multorū charitas paulatim
refrigereret. cresceret q; nimia atque inordinata circa
vgores et liberos sollicitudo. per quā necessariū fuit legib;
prouidere. ne dei ministri. i. diuino cultui mācipari. cū factu
ra eius dē ob hanc sollicitudinē. diuiderentur. docente S.
Paulo. qui sine vgoire est sollicitus est. que dñi sunt &c.
- 41 ¶ Sed et summi omnīū sacerdotis Christi. exemplo. vbo et
facto. cōmoniti patres. celebrantur sacerdotibus indige

runt. rem certe congruuntissimam.

Sicut neqz misterio carere potuit (a patribus pudiose ariaduersum) veteris legis sacerdotes. his diebus. quibus deo ministrabant. a proprijs vxoribus abstinere. **T**ēpe figura. vt perpetuo dei seruitio addicti. perpetue mondicę castimoniam seruarent.

42

Verum libidinosa et in continētes quorūdam sacerdotū vita huic saluberrime cōstitutioni. nihil obstat om̄io (tamētum nō habeāt aduersarij quid aliud obicijant) qz neqz vxoribus copulati pudicitiam semper seruaret. multa qz alia longe maiora. et in commoda et crimina. ex inordinato vxorum et liberorū. seu amore. seu odio. euenire possent. sacerdotibus plus ceteris indigna.

43

Facile autē sacerdotes celibem et a vulgatis vitijs immunē vitam transierent. si in ordinādis illis et p̄ficiēdis ea seruaretur diligentia quam maiores obseruasse illud **B.** Pauli dictum monstrat. quo **T**himotheum admōet. nemini citō mano imponere.

44

Admiranda itaqz et ridenda est illorū cecitas. qui gloriosum Paulū. Episcopos et diacones vnius vxoris viros esse iubētem. ipso sacerdotū celibatui aduersari putant. quē tū digamiam tū prohibet. nō autē dicendę vxoris necessitatē imponer. quilibet. vel mediocriter doctus. intelligit.

45

Sed tollit nobis admiratōnē illā diu^o Hiero. propriū hereticorū esse dicēs. castitatē auersari. difficile (inquit) est reperire hereticū. qui diligit castitatē. quicūqz autē amare se pudicitia simulāt. venenato ore mella promittūt.

46

Et quāuis ad vota faciēda nemo cogi possit. ex facto tū. **s. p.** discim^o. leues et instabiles hoīnes. p^o vota libere ei spōte sua. dos facta. ad illorū redditiōnē vt cōpelli posse.

47

Ex quibus liquet quam execrabilis. impia. et damnosissima sit sacerdotū et mōachorū temeritas. cui proprie dignitatis. salutis et p̄stiti dō voti immemores matrimoniū

48

b ij

uitas ac
one solū
subditū
posuit.
cundum
na. neqz
fidelū sa
neqz p̄o
rogatio.
catio. ca
is arcie
ra et ma
insanie
parū le
quā sic
simas.
e. out ho
aiores
tempore
o maio
ringere
obita
reitur
ulatum
ta circa
nit legib^o
cū hactē
ente S.
te.
vbo et
p̄ndit

49

contrahere non formidant.

¶ Conuenit etiam perfidissimos illos. ab his quoru[m] inter est lōge acerbi⁹ puniri quā cōcubenarios. qđ min⁹ malū sit apertū fratris peccatū collerare. quā schismaticū. ferre errorem quo illicitum pro licito. iniustum pro iusto. magno fidei detrimento habet et vt defensatur.

50

¶ Nilipendunt em̄ istiusmodi neq; homines vota castitatis deo iacta vim vllam obligandi illis in esse palā negāt et illoru[m] transgressionē factis suis licitam esse persuadēt aperte diuino iuri aduersantes. qđ nō semel vota reddēda p̄cepit.

51

¶ Hinc Carlostadij. perfidię illi⁹ antesignani plane mulierosi insignis apparet stulticia. qui in quodā turpissimo. superioribus anis a se edito libello. vim obligandi in continentie voto. ad certos proejectionis gratias annos restringit. atq; certo precio redimi posse cōsingit. scripturas quasdam ad hoc improbe torquendo.

52

¶ Castitatis nanq; votū. debito modo emissū. adolefcntulos perpetuo ligare. sacra docēt eloquia. in quo etiam neminē. Præter Xō. pōtificē in casu ancipiti. ob arduam et rationabilem causam dispensare posse affirmamus.

63

¶ Neq; renocat sic dispēsans aut soluit diuinam legem Xō. pontifex. sede am. equitate naturali. ac diuina voluntate (que rationabile tantum a nobis ex postulat obsequium) disquirens interpretatur. Et in tali casu. vouētē non esse obligatum. declarat.

54

¶ Veruntamē tēratio carnis. libidinisq; ardor. causa nō est sufficiens. et dissoluēdi castitatis voti. et matrimonij cōtrahēdi (et si hodiernū hereticorū gen⁹ hanc potissimū preterat) scriptū est em̄. post concupiscētias tuas non eas. et iterū. mortificate membra vestra et concupiscentiā malā.

55

¶ Neq; a deo quēquam vri certum est. quin ad deū cōfugiens auxiliūq; implorans tērationi resistere valeat. quā

do quidem fidelis est deus (glorioso Paulo teste) qui non
paciatur vos tentari supra id quod potestis. sed faciet eti
am cum tentatione proventum. ut possitis sustinere.

56

Impudenter itaqz patres. ob celibatum sacerdotib⁹
impositum culpantur. quasi Christus legē suam adeo li
berā esse voluerit. ut ultra paucissima et manifestissima
que instituit. celebrationum sacramēta. neqz opus sit. ne
qz etiam liceat. imponere hominibus quicquam.

57

At cōsapiētissim⁹ legislator Christus. discipulis suis. eo
rū qz successoribus. multorum particularium agibilibum
determinatōes reliquit idqz ex naturalibus principiis et
doctrinis vniuersalibus. ad ipsorum. in querenda gloria
dei. atqz ecclesie profectu. spiritale exercitiū. et subdito
rum in obedientia probationem.

58

Non minus ergo insaniunt. qui reliqua ecclesiastica
operum precepta. quasi ad consequēdam salutē vana flo
cipientiū. damnant. rejiciunt. cumqz ea nihil eōram deo
esse. solamqz fidem ad iustificatiōē sufficere. contēdunt.
manifeste cum scripturis pūgnare conprobantur.

59

Nam sicuti fidem ad hoīmes iustificatiōē necessariā
cōcedimus. ita quoqz eam (etiam si tanta sit que mōtes
transferat) sine charitate ac operibus. a quibus seperari
potest. insufficiētē atqz mortuam esse. apostolica fulti doc
trina. intrepide fatemur.

60

Ergo velint. nolint. perditissimi bonorum operū oso
res. ea tamē vitę eterne esse meritoria et ad salutē habēdā
adultis necessaria. ex scripturis evidentissime constat. ac
poteest in his spes licite. fiduciaqz haberi.

61

Consecrariū quoqz est falsissimū esse. plenumqz erro
ris spiritu. iustum in omni opere bono (ut Martinus Lu
ther scribit) peccare. falsum quoqz et illud et plane hereti
cū. solū deū opera in nobis sine nobis. operari. qđ ipsū ho
die nō nulli. liberū arbitrium tollētes. adserere nō dubitāt

62

b iij

- 62 **¶** Licet em̄ B. Paulus dicat deum esse. qui operatur in nobis velle et perficere pro bona voluntate. tñ hoc sic est accipiendum vt et nobis cooperantib⁹. relinquat bene aut male operandi liberū arbitrium. id quod adstruentibus scriptur. neqz videt neqz capiūt audaculi illi grāmatistę
- 63 **¶** Sequitur certe. si de⁹ (vt blateret) in nob⁹ passiuē solū habentibus bona operatur. om̄es homines saluari (vult em̄ apostolo referēte. ad penitētia om̄es reuerti et saluos fieri) cum tñ angusta sit porta salutis. sintqz multi vocati pauci vero electi. a dō vt vel iustus (teste. b. Pe. viij saluer.
- 64 **¶** Et licet nos non p̄terat. infantes ceterosqz s̄unctiōe intellectiua orbatos. sine vllō proprie voluntatis motu. a labe originalis culpe. per baptismū emundari et iustificari. adultos tñ peccatores. sine p̄gnia sua et debita ad deum conuersione. iustificari. communi lege negamus.
- 65 **¶** Huc diuina illa oracula pertinent. Convertimini ad me. et ego conuertar ad vos. appropinquate dō. et appropinquabte vobis. Querite et inuenietis. pulsate et aperietur vobis. Si quis diligit me. et pater me⁹ diligit eum. et ad eum veniemus. et mansiōē apud eum faciemus
- 66 **¶** Neqz aduersatur illis. qđ Apostolus dicit ipse prior dilexit nos. aliam em̄ ibi p̄dicat dilectiōē. qua secundū ete rñā suam prouidētia nos creauit. varijs nature donis dotauit filiumqz suum vnigenitum pro peccatis nostris propiciatorem misit.
- 67 **¶** P̄parationem itaqz (vt psalmista ait) cordis nostri audiens nos iustificando deus conuertit. quo cōuertēte. nos deinde ad dignam penitentiam ac meritoriā operationem cōuertimur. Hieremia dicēte. Conuerte me et conuertar et postquam cōuertisti me. egi penitentiam.
- 68 **¶** Quot sit. vt fateri cogamur gratiam dei iustificantiē. et p̄uenire hominis voluntatem. et sequi. verū diuersa ratione. sequitur em̄. si non tempore. saltem natura. volūtatē libere conantem operari. p̄uenit autē eandē bona

operantem cooperando adiutans.

Ello tñ nō negam⁹. quin voluntatē hominis. tam co
nantē quā operantē. omnem qz eius dispositionem et cō
uersionē. singulare dei auxiliū. precedat. scilicet. spūs sanc
to intellectū illumināte. atqz interna inspiratione volun
tatem ad penitentiā et bona opera mouente. idqz Apo
stolus significabat dicens. Neqñ deus det illis penitenti
am. et respiscant a laqueis diaboli.

Sed hoc dei auxilio vti. et motiōi diuine qz inspirati
oni ac quiescere. nostrē voluntatis esse et liberatis. Idubiū
nō quorē. plerosqz illi resistere B. Stephan⁹ ostēdat. In
deis e reprobrādo obijciēs. Vos se per resistētis spūs sancto.

Verum hic eos segregamus. qui singularissimo spiri
dei auxilio capti. possessi. atqz in bono confirmati. gratie
reluctari. et peccare. saltem mortaliter. nequeunt. qd pig
ter communem legem paucis admodum mortalibus con
tigisse credimus.

Recte igitur olim a patrib⁹ pro dogmate ecclesiastico.
delibero arbitrio et gratia. in hunc modū diffinitū fuit.
Nos in itinere salutis nostrē. deo miserante. per inspirati
onem habere. vt acquiescamus salutiferē inspirationi.
nostrē potestatis esse.

Vt autē adipiscamur. qd acquiescēdo admonitioni. cu
pimus. diuine esse muneris. vt nō labamur in adepto sa
lutis munere. sollicitudinis nostrē esse. et celestis pariter
adiutorij. vt labamur. potestatis nostrē esse et ignauie.

Quo fit. vt falsa sint. indocta. et plane heretica. que
Phili. Melancthon rerum theologicarū pro: fusignar⁹
delibero arbitrio et hominis iustificatiōe in eptit. plera
qz etiā alia. tenere atqz indigna tragēdia. effuties.

Sed ne quis interiores tm̄ fidei spei et charitatis acius
salutiferos et iustificātes esse cēseat. exteriora quoqz ope
ra. ad perfectionē pertinere asserimus. qz a christo n̄ uli

69

70

71

72

73

74

76

fariam cōmendata. atq; frequēti vsu. nobis in exemplū.
approbata fuisse non dubitamus.

75 **¶** Quorum etiam intuitu. multa et miranda. deum olim
patribus vet. legis concessisse. scriptura memorat. quocir
ca primi fidei duces. moy in ecclesie exordio. hymnorū cō
centus psalmorumq; modulationes. item orationes pu
blicas cū varijs ceremoniarū observatiōibus. ad hono
rem dei in templis celebrandas. salubriter instituerunt.

76 **¶** Sed et sancta ecclesia. eadē causa. de observandis cer
tis ieiunijs precepta edidit hora; q; canonicas. septenari
o numero a sacerdotib' pro populo dicendas. instituit.
quorum omnium ratiōes in sacris literis sparsim expressas.
facile monstrabimus.

77 **¶** Itē sentim'. de sanctorū festiuitatibus et inuocatiōe
quorū aput deū. cui in celis cōregnāt. merita et intercessio
nes. nobis suffragari posse. scripturarū testimonijs atq;
ratiōib' comprobatur. vel adeo efficacib' et apertis. vt
vnum quemq;. nisi forte stupidus sit et rationis ex pers.
facile moueant.

78 **¶** Itaq; non modo Lonicerū aliosq; damnatos et perf
dos ecclesie ac sanctorū hostes. circa inuocatiōē huiusmo
di aberrare plurimū dicim'. Sed et de iparā viginē Ma
riā pie. sancte ac recte salutari. Salue Regi. misericordi
e vita dulcedo re. et iterū Regina celi letare re. Contra
Ma. Luther. aliosq; virginis calūniatores. affirmam'.

79 **¶** Similem quoq; de illis ferimus sentētiā. qui cetera
ecclesie decreta. que successu temporis ob crescentē et inua
lescentē hoim' improbitatē. aucca suere. temere abijciunt
cum tñ peccantium maxillas variarum legū Chamo et
freno constringendas omnis ratio suadeat.

80 **¶** Crudelē itaq;. atq; impium et infidelē plane. se exhi
bit Lutherus. thot salutiferas sanctissimorū patrū sars
ctōes. in audita rabie. et heretica temeritate. cōburēdo.

Neque tamen pluris facimus (ut mentitur hoc genus
hominum) humanas constitutiones. quã diuinas. neque
tantã tanque immobilem illis atque diuinis tribuimus obli-
gãdi virtutẽ. quas nõ solum ex causa infringi. sed et regi-
tus aliquando posse abrogari. non ignoramus.

82

Verum sicut falluntur. qui omnia que Christus docuit.
pcepta putant. nulla autẽ consilia. ita quoque hallucinã-
tur. qui omnia que in ecclesie usu sunt. quorum ratio seu
institutio. scripturarũ testimonij probari nequit. huma-
nitus inueta atque tradita existimant. quasi nihil sit iuris
diuini. quamquod in scripturis habeatur expressum.

83

Quẽadmodum em̃ Euangelium. añ omnẽ noui testamẽ-
ti scripturam. in ecclesia Dei fuisse constat. ita quoque mi-
nimam partem factorum et dictorum Christi conscriptã
haberi ex S. Joãnis Euangelio edocemur.

84

Firmiter ergo credimus. sanctos euangelistas. ceteros-
que diuinos scriptores ea diuinitate spiritus sancti dictami-
ne conscripsisse. que necessario ad salutiferam omnium in-
structionẽ pertinebant. ne passim margaritẽ mitteretur
ante porcos. et sanctum canibus daretur.

85

Ex quo certissimum colligitur. Euangelium vbo. saltẽ
perfectioribus predicatũ. indictis et gestis Cristi. scripto
euangelio multo locupletius fuisse. cuius rei vel hoc ex
B. Paulo habemus euidentem argumẽtum. quã Ephesine
ecclesie maiorib⁹. Saluatoris citauit dictum. nusquam
in euangelij reperitur.

86

Qui alibi fatetur. Thessalonicensibus se quedam ser-
mone. quedam vero scriptis tradidisse. atque sapientiam
et secretiora mysteria. non nisi inter perfectos loqui. quo-
rum solidus (inquit) est cibus. quiaque pro consuetudine eg-
ercitatos habent sensus ad discretionem boni et mali.

87

Hoc item. vna cum alijs. sacer Dionysius B. Pauli di-
scipulus testatur. scilicet primos fidei pceptores. multũ

89

c

- Solicitos fuisse ne angustiora mysteria maxime ad sacer-
 dotalē functionē spectantia passim omnib⁹ in scriptur^e tradēt.
- 89 ¶ Quocirca sancta ecclesia. nō solū scriptur^e fuit illumi-
 nata. sed etiā apostolorū traditiōib⁹. multa qz ex euāge-
 lio predicato et didicit et recepit. qz in scripto nō expressa
 a christo tñ instituta fuerūt. atqz ad nos vsqz. per viuas
 apostolorū doctrinas. et sibi cōtinua serie succedētium
 90 relatiōes peruenerūt. Hinc nouim⁹ Dissā esse sacrifi-
 cium a christo tā pro uiuis quā defunctis. in purgatio-
 existentib⁹. institutū. hinc numerū usumqz sacramētōrū
 atqz auricularis cōfessionis necessitatē cognoscim⁹. quā
 quam et horum aliqua in scripturis sufficienter funda-
 91 ta contēdamus. Hinc etiā habem⁹. solos Episcopus
 ordinare. cōfirmare tēplaqz et alia vsui diuino deputa-
 ta. cōsecrare posse. qz sicut et alia pleraqz vel imēdiare a
 Christo. vel a spiritus sancto instituta. ecclesia semper. eorū
 92 iuris diuini decreta. in vsu habuit. Ex his. pernicio-
 illorum impietas. clarescit. qui nulli in ecclesia credēdum
 esse volunt. nisi certo asserat diuinū vbum per vbum scri-
 pturā intelligētes apud quam ita manēdum esse cōcēdunt
 vt p̄ter illā nihil pro diuino oraculo recipiatur. neqz a-
 gat quicquā aut doceatur. quā qd dñs in illa tradidit et
 93 demandauit. Apparet itē quam futile indoctū ac de-
 bile. sit illorum. et vsitatissimū. et (vt ipsi pro egregia sua
 eruditiōe arbitrantur) fortissimū argumētum. qd ab
 autoritate negatiue sic colligunt hoc nō reperitur scrip-
 tū nō ē igitur a deo institutum. aut licitum. quē argumē-
 tandi modum. etiā pueri. in primis Dialectice erudimētis
 mediocriter eruditi. vident.
- 94 ¶ Tale ē et aliud eorum argumētum. quo. ex certis qui-
 busdā scripturis. nec quicquā ad legē diuinā addatur. re-
 tantibus. ratio cinantur. nihil affirmādum docēdū aut
 precipiēdum esse quo literis nō sit proditum diuinis.
- 95 ¶ Loquitur em̄ scripturā. si quā tale quippiam habet. de

38
falso et vbum dei deprauate. additioe. in scribis et phariseis aliquando a Salvatore reprehensa. no aut veritatis ad veritatem collatioe. quoniam scriptum e. qui me elucidant vitam eternam habebunt.

Scripturas tñ recte intelligere. docere integre. atq; iuste interpretari. singularē esse gratiam. nō omib⁹ concessam b. Paul. ostēdit. quam obic in maximo sunt. et fidei recte. et salutis periculo. qui temere et illori (vt aiūt) manib⁹ sacras literas. prouinciā omium durissimā. aggrediuntur sibiipsis de spiritu nescio quo seductore blandientes. id qd. et idiotas et fatuas quasdam mulierculas gloriari hoc tēpore experimur. Constat namq; omes hereticos. sui erroris occasione. sed et defensione. ex scripturis accrepisce. quib⁹ propter superbiam permittere deo. facta sunt lapis offensiois. et petra scandali quarū etiam difficultatē et deprauationis periculum in posteriori sua epistola b. Pet. nō preterinit. Quare in scripturis sane intelligēdis. ductrice ecclesia op⁹ e. itē et sanctis ecclesie doctorib⁹ qui in lege dñi. die ac nocte meditantes. atq; a spūs sancto singulariter adiuti. verum scripturarū sensum sunt adepti. quē plerumq; abditum esse. diuina sapientia voluit. quo mortalium superbia (Augustino teste) labore perdometur. Quōsi qui forte. demonio insatiati. vsui et traditioni ecclesie. ac maiorū nostrorū doctrinis. credere detractauerint omnē quoq; canonicorū librorum auctoritatē. apd illos perire necessum ē. qd illos a suis auctorib⁹ diuinit⁹ esse cōscriptos. sola nos certificat ecclesia atq; ex auditu (glorioso Pa. testate) sit fides nostra. Ex predictis itaq; omib⁹. tandē cōcludim⁹ libertatē euangelicam. nō in bestialilla. quam Lutherani Christianorum Epicurei cōfingūt. vitę licētia esse constitutam. sed in ea. qz a peccatorum vinculis atq; durissima mosaice legis seruitute eripit. liberatioe. qz etis in sticie seruos (Apostolo teste) nos facit inbet qz tollere et nō eam et Christum sequi.

**Dominus mihi Adiator non timebo quis
faciat mihi caro. psal. 55.**



Um iuxta dñi Pauli Apostoli priore ad Corin-
thecos epistola. doctrinā. cuius Christiano pro
salute assequēda. fides. Spes atq; Charitas. sint
apprime necessāria. Verū hoc in foelici seculo. ple-
riq; se se noui. z vt existimant. veri Euangelij. pre-
dicatores iactitantes. tamen aduersus beati apo-
stoli dogma innumeros z quidem pestilensimos
errores. tum de fide de Spe item. tum etiam de
Charitate. non sine innumerarum animarum perditione. miseros
Mortales a veritate seducēdo. doceāt. ac passim sacratissimas scrip-
turas. suo peruerso dogmate. vsq; a deo propbanant. ac dilacerāt.
vt pene nihil sit. quod hī rerum innouatores. non subdole nisi sue-
rint. ad sua sensa. inuertere. ea propter Nicolaus Apell Reguelus
Theologie doctor. eiusdem Angelostadij ordinarius. p̄fessor. Quo-
tantē calumnijs ac seductionibns. dei gratia assistente. quoq; modo
succurrat. infra scriptas. positiones. vna cum apendice collationē
Euangelij. cum lege Mosaiica. e sanctissimo scripturarum sanctus
rio de p̄ptas. in laudatissima academia Ebrysopolitana publice
cōrouertet. atq; quantum licet Christiane veritatis amatori. ad-
uersus errores Lutheri z sequatium defendet. inuitat itaq; obtesta-
tur atq; rogat quoscumq;. qui contrarium adserere non crubescūt.
quo tunc disputaturi ad sint.

Jugolstadij Mense April die vndecima
Anni Sesquimillesimi Vicefimi quarti.

De fide. Quid Christiane Religionis canonicō
ueniat obseruare deq; erroribus circa eandē eurgētib⁹.

Vra est fides omnium recte credentium, quā Apo-
stolus. gentium predicator. definit. Substantiam
rerum sperandarū. argmētum non apparētium.

Hec fides dicitur at est eorum qui intra ecclesiam sanct-
tam catholicam atq; apostolicam in vnitate fratru per-
seuerant. extra quam nemo salutē eternam assequitur.

Sine fide. vt Apostolo recte visum est nemo deo pla-
cere potest. non quam quisq; sibi animo fingit. sed sancte
et incontaminatē ecclesie dei.

Adeo fides primē veritate innititur. qđ falsitatem om-
nem excludit. ac abhorret. proinde fictam fidē esse cōstat
omnium eorum. qui in vno quopiam articulo pertinaci-
ter catholice veritate discredunt.

Fides rerum est presentium p̄teritarum. futurarum
que Contra nonam doctrinam.

Non probamus diffinicionē fidei. quam Martinus
Lutherus suis perperam inculcat. Fides em̄ inquit. nō
est nisi motus ille cordis. qui credere vocatur.

Sim puer baptisatus (si huius figmento adherendū
est) fidei experierit aduersus ecclesie ratam doctrinam.

Et cum motus ille cordis non sit perpetuus. quisquis
hoc cesserit infidelis erit. vnde sequitur. neminē insom-
no. vel terrenis rebus occupato. aut aliunde distracto.
vt plerumq; fieri solet. fidelem esse. Quo sit vt Protheo
cuidam homines Christiani assimilentur.

Ideo probe atq; catholice fideles a sanctis patribus
in genere habitus. ac virtutis recensetur.

Non em̄ humana sunt phantasmata. aliud actum.
aliud habitū esse quē admodū solus Lutherus desipit.

Constat siquidem fidei habitum. a deo optimo magi

mo in baptismo nobis infundi vsu[m] vero eius a nobis
quoq[ue] esse scripture sacre testimonijs comprobabimur.

- 12 **E**rrant in vniuersum. qui fidem non nisi raptum. pas-
sionē motumue anime arbitrantur quo anima purga-
tur. mouetur. impregnatur. vt fructum plus afferat.
- 13 **F**idem aliquam in esse informem. ex scriptura cano-
nica contuincitur nec. frustra peccatoribus legē dei pre-
nariantibus relinquatur. quin inmo dei donum est. adi-
tum parans ad gratiam recuperandam.
- 14 **F**idem a Spe atq[ue] Charitate. rem esse diuersam cum
Apostolo intrepide confitemur.
- 15 **E**t idem poterit et sine bonis fructibus. ac gratia in-
ustificante in homine dei mandatorum transgressore. ci-
tra omnem controuersiam subsistere.
- 16 **L**onge a veritatis semita aberrant qui vel has virtu-
tes inter sese vel harum officia secreta confundunt. q[uo]s
pleriq[ue] scire non erubescunt.
- 17 **Q**uod humana imbecilitas. peccatorum suorum sibi
conscia difficillime omnium credit se esse saluandam. ar-
gumento efficaci colligitur. fidem hanc veste nuptiali de-
stitutam esse.
- 18 **V**olens erigere peccatoem lapsum quo spem salutis
eterne concipiat. non tant opere urgendus est. vt tantū
diuine promissioni credat. quin potius institūendus. que-
rens suplici et deuota precatōe a deo optimo petat si
ibi donari. eā fidē qua credere possit diuine promissioni.
- 19 **N**am Fides si Apostolo credimus dei donum est non
ex nobis augmenti et decemēti capax. hanc quaquam
in omnibus credentibus perfecta. neq[ue] in hominis po-
testate situm est credere omni promissioni diuine.
- 20 **D**icere hominem Christianum a deo diuitem qui etiam
volent nō possit perdere salutē suā quantiscūq[ue] peccati
nisi nolit credere error est. impietatē magnam fouens.

40
Quicquid haud dissimilis et isse error abhominabilis est. as
serere nulla peccata hominē baptisatum possedamare 21
preter solam incredulitatē cetera omnia si redeat vel stet
fides in promissionē diuinā baptisato factā in momen-
to absorberi.

Incredibile dicitur quam veritati euangelicē bonis o- 22
peribus honestati vitę. ipsi deniq; Christo dño nostro pre-
sata inuidica assertio aduersetur quid em̄ vnquā fedi⁹
absurdū fuisse. in euangelii Christi dici potuisset.

Idem in susama a deo per quodcūq; mortale peccatū 23
amitti errorem ducim⁹ euanesceat autem vbi heresis in
anima hominis pullularit. pertinaci studio veritatem
dei impugnando.

Qui solam fidē iustificare cōtendunt. reprehēduntur 24
a Joāne apostolo. sacra illa anima. a beato itē Jacobo
Hierosolimitano Episcopo atq; ab ipso Christo ipsissi-
ma veritate.

De Spe quid verus Christianus sentire debeat.

Admodum Christiane sentiunt. qui Spē virtutē fore 1
aiunt. quia spiritalia et eterna bona sperantur.

Significum est plane hereticum. ac dogma Lutheri in 2
solidum Spem nil aliud esse quā motum cordis. qui spe-
rare appellatur.

Et si spes soli⁹ dei donū sit ac tñ ille cordis mot⁹ qui spe 3
rare dicit. nō sine nostra fūctiōe perficit. qđ scriptura ra-
tiōe efficaci. experimēto qz manifestariū esse mōstrabim⁹

Sanctorū patrū cōcors et vera ē sentētia. Spē ex dei 4
gratia. et merit profluere. licet tēerarie Lu. hoc respuar.

Quemadmodum parietia in prosperis huius vite ba 5
nis. et necessaria est et haberi potest. ita spes in merita.
legi dei haud aduersa indicanda est.

Opera nostra in se. circa gratiā dei nulli⁹ sūt meriti. 6
apđ deū. potest tñ peccator. interna dei motionē iactus.

de congruo sibi mereri gratiæ infusionē. ac veram iusti-
ficationem.

7 **C**ustus orans pro peccatore. ut resipiscat. eidē apud
liberalissimum deum iustificationis gratiam obtineri
posse. non ambigimus.

8 **C**ustus per bonum gratiæ vsum. a deo munificentis-
simo augmentum gratiæ mereri potest.

9 **C**sacre literę abunde docent. hominem ad ultimum. per
bona opera. in dei gratia facta. beatitudinē eternā mer-
eri posse. aduersus Lutheranorum dogmata.

10 **C**Deus super celestem illam beatitudinem. nulli adulto
conferet. nisi eam dum tēpus operādi habet. mereatur.
contra Decianos. et nostro seculo Lutheranos.

11 **C**Spem aliquam in his. qui dei gratia exciderunt. re-
positam non diffitemur. quam haud ab surde informē.
docti Theologi vocarunt. neq; tamen larua. sine omni
cōmodo censenda. Sed dei donum. ad penitentiam a-
gendam extimulans. in peccatore relicta est.

12 **C**Qui spe sua. soli dei misericordię et gratiæ innituntur.
etiam si nullum boni operis meritum habeant. sed crimi-
nib; crimina indies addūt. neq; vel penitētia diluere stu-
dent. vel proponūt. hī omnes. suo iudicio excecati fallū-
tur. ad gehennam edificantes. neq; tales recte sperare.
sed presumere. Nemo sane mentis non videt.

13 **C**Spes iustorum optima. peccatorum resipiscere volē-
tium. bona mala vero imo abominabilis excecatorū ho-
minum. de sola dei misericordia presumendum. aqua
nos diuina miseratio eruat. protegat. atq; defendat.

14 **C**Et si spei potissimum obiectum in deum sit. nō tamen
omnia spes in creaturam dei prohibita. execrabilis indi-
canda est.

15 **C**Delirant Atheologi. qui spem. fidei opus. prolemq;
falso vociferantur. cum harum virtutum officium sit.

secretum esse. facile ostendi possit. atq; Paulus ipse vnam
ab altera discernat.

Assertiones Christiane de Charitate.

Finis precepti secundum Apostolum. est charitas. ex
puro corde. conscientia bona. et fide non ficta. 1

Vani loquuntur. non veritas est. adserere. Chari-
tatem nil aliud esse. quam motum cordis qui diligere dicitur. 2
contra Lutherum.

Hereticum commentum. fidelibusq; periculosissimum. ad-
serere cum Luthero. internum opus dilectionis. a solo
deo esse. citra ullam nostram actuitatem. 3

Nam quod maximum est preceptum in lege. diliges domi-
num deum tuum ex toto corde tuo. ex tota anima tua. ex
tota mente tua. ex omnibus viribus tuis. et proximum sicut te
ipsum. id nullus sanctorum unquam (ut viatorum par est) im-
pleuisset. nec implere potuisset. si voluntas nullam haberet
in eo opere functione quod impissimum quis non exequatur? 4

Omnes infideles. peccatores seipso fruantes. excusati-
onem iustam pretereere possent. in extremo iudicio quot non
credidissent sperassent aut deum super omnia dilexissent. quod
motus illi interni a solo deo producendi. nequaquam in eo
numerant facultate. neque ad hos suscipiendos aliqua pre-
paratione se se abiles facere potis fuissent. quod veritati
euangelice imprimis inimicum est. 5

Non recipimus eos sed tanquam hereticos perfidos
respuimus. qui fidem charitate faciunt superiorum. cum apo-
stolus clare proclamet. Maior autem horum charitas. 6

Porro hallucinantur. qui charitatem fidei prole. falso
substituunt. in gloriosum Paulum. atque ipsum Christum sal-
vatores nostrum blasphemant. 7

Solus Christus est filius dei naturalis. genitus non fac-
tus. neque adoptatus. contra Arrium. Eunomium. et con-
plices eorum. 8

Sunt tamen multi dei filii adoptivi. quos non sola fides sed
9

sed maxime Charitas. in cordibus nostris per spiritum sanctum diffusa. adoptat. que vel potissimum discernit inter regni et perditionis filios. non ipsa fides.

- 10 **C** Dei patris filius legitimus non est. imo adulterinus. qui solo verbo eius credit. is autem verus filius censetur. qui precepta patris inuiolabiliter custodit.
- 11 **V**estis illa nuptialis. cuius dominus in euangelio meminit que sanctorum gloria nos dignos facit et agni. dei et proximi caritas est. nequaquam fides. quod Paulo teste. euacuabit.
- 12 **M**ulti hodie ob fidem. dei filii existimantur. verum his. quod patris mandata non seruant. dominus in iudicio dicitur esse nunquam noui vos. discedite a me qui operamini iniquitatem.
- 13 **H**os magnus ille Paulus. vere organum electum. taxans aque graphice depingens. confitetur inquit. se nosse deum. factis autem negant. execrabiles inobedientes et ad omne opus bonum reprobi.
- 14 **V**erum est sapientis dictum. nemini constare. odio enim amore digni sit. reuelatione tantum diuina. sancti non raro se in gratia viuere cognouerunt.
- 15 **M**ulti veste nuptiali induti veram dei charitatem habent. certi tamen non sunt se amore dignos esse.
- 16 **R**ecte docent Theologi. nullum opus sine dei charitate bonum esse. docent et iterum recte nos latere. quoniam si inus in charitate.
- 17 **C**haritas est iustitia anime luy. pacis vinculum. fratrum concordia. nihil comertum habes cum iniustitia. peccatorum tenebris. cum Belial rigarum parente. atque fratrum odio.
- 18 **B**onorum operum. que ex charitate promanant. predicatio nihil omnino vel fidei. vel misericordie dei gratuite. vel Christi euangelio. per ipsum et apostolos suos. hominibus diuulgato officit. contra Lutherum. Quin imo. pia opera. mirum in modum fidem. dei misericordiam. at-

que euangelicam veritatem declarant cōmendant. ac sus-
sistentant. citra qz. fidem mortuam esse. gratiam inanem
et euangelium sine prole. luce meridiana clarius constat.
oppositā tuncari partem. heresis est Aeciani per ecclesiam
sanctam dudum damnata.

Epilogus de Charitate.

Cum charitas dei. summa sit legis diuine. in primis deo 19
placita. per Christum seruatorem nostrum. et apostolos
sanctissimos credentibus toties predicata. qz veros Chri-
sti discipulos a falsis segregat. in cena vltima. ab ipso do-
mino iam iam ex hoc mundo ad patrem ituro. A postolis
ipsis exactissime commendata. citra omne etiam offendi-
culum. magno animarū comodo plebi denuntiari pos-
sit. Quid cause obsecro. quisue malus ille demon. nouos
euangelij Pistologos. hac nostra tempestate impulit. ac
in fatuauit. vt solam fidē sine bonis fructibus. misero po-
pello. inter concinandum proponant. equorum concioni
bus temerarijs ire. rixę. detractiones. blasphemie. et totę
offendicula. toto fere orbe nascuntur. vt haud facile sit
Christianum hominem a fera indomita. at qz etnico im-
pissimo. discernere. adeo vita eorum. a pietate et man-
suetudine euangelica. micissimi Christi dissitet.

Collatione legis Mosayce et euangelice. ex scrip-
turis sacris desumpre contra Blateronē quendam.
qui erroneo spiritu ductus omnē legem indiscri-
minatim. etiam Christi sacro sanctā Euan-
gelicam. literā dici. posteriore Pauli episto-
la ad Corintheos. perperam in-
tellecta. contendit.

- 1 **E**uangelica lex a Christo seruatore nostro Aposto-
lis tradita. ab Mose lege multifaria. multisq; pre-
claris dotibus secernitur.
- 2 **N**on mediocri blasphemia et Christum ipsum. et no-
stram religionem afficit. qui inter has nihil discriminis
esse putat.
- 3 **Q**uam sobrie. pie. et caste. de Euangelio Gloriosus ille
Apostolus Paulus sentit. cuius sententia mille horum
sophismatibus preponderat. non enim inquit. euangelium dei
erubesco. virtus quidem dei est. in salutem omni credenti.
Reuolue totum vetus instrumentum. nusquam illud ip-
sum offendes. tantis preconij decantatum.
- 4 **A**tq; alibi non sui dissimilis apostolus ait. notum vobis
facio fratres. Euangelium quod euangelicani vobis quod et ac-
cepistis in quo et statis. per quod saluamini. nisi hec quis-
piam legi factorum tribuere audebit?
- 5 **R**egione Mose lex infirma erat. et imperfecta. nemi-
nem iustificans. onus dicta. umbra futuro. nisi. ultis id co-
stat diuini Pauli locis.
- 6 **A**postoli verba. ex operibus legis non iustificabitur omnis
caro. ad veterem legem potissimum. non nouam referenda sunt.
- 7 **B**reuisissima differentia legis et euangelij. ait aurelius
Augustinus. timor et amor. in illa dicitur. oculum pro oculo.
dentem pro dente. in ista diligite inimicos vestros. be-
ne facite his qui vos persequuntur. et qui proximum dili-
git legem adimpleuit.
- 8 **L**egi factorum seruitus merat maxima. euangelium vero
libertatis lex est. in libertate si quidem vocauit nos deus. quam
euangelio saluatorisq; nostro debemus. non timori terrifico.
- 9 **M**ose lex pedagogus erat. Christum futurum denuntians
Euangelium vero verbum carne induisse palam prodidit. de
cuius plenitudine nos omnes accepimus. gratiam pro gratia.
- 10 **E**t illa quidem vnigeniti Iudeorum. pro tempore data est.

43
vel Mosereferente qz alia gens inquit sic inclita vt habe
at Ceremonias. Iudicia. et vniuersam legem Euange-
lium porro toti hominum vniuersitati in omnib⁹ linguis
et nationibus promulgatum est.

¶ Paul⁹ gentium doctor. 2. Cor. 3. Euangelium legi Mo-
si confert. qd nemo qui expenderit. nisi totus delirus. cocu-
riens atqz amens insiciari potest. doctorib⁹ sanctis vtra
qz manu suffragantibus.

¶ Lex vetus. litera occidens. Euangelica vero spūs vi-
uificās. ab apostolo apposite dicitur. qd ex apostoli vbi
ac receptis doctorib⁹. liquido probabimus. contra blatero-
nem. qui Paulum nō nisi grāmatice interpretari nouit.

¶ Non negamus tū deum spiritum dici. est et hypostasis
diuina spūs. Angelus etiam siue bonus siue malus spūs
est. p. cetera animus hominis et ventus corporeus. et p. ceter
hec onia euangelicum probe spiritum dici censemus.

¶ Eadem littera occidens. apostoli auctoritate admini-
stratio mortis in literis. deformata in saxis. que euacu-
atur haud si ne ratione perhibetur.

¶ Contra euangelium ad ministratio spūs definitur. qd
nunquam euacuabitur Joāne in Apoclipfi apertis ver-
bis afferente. Vidi ait angelū habentē euangelium eternū.

¶ Littera legis ministratio erat damnationis eregione
euangelium ministeriū iustitie dicitur. neqz vlla comperatio
est legis. que euacuatur. ad euangelium qd perpetuo ma-
net. propter excellentē euangelice legis gloriam.

¶ Et si eadem sit veteris et noue legis veritas. alio tū mo-
do illic et hic sese ostendit. illic quidē velamen positū erat
in facie Mosi. vt filij Israel nequirent intendere in faciē
eius hic vero de recta veritas. conspicua credentibus effi-
ciunt. nam reuelata facie gloriam dei contemplamur.

Soli Deo Gloria.

§ iij

BUndt vñ wissende sey auch m̄niglich (vber dz.
so im anfang dises disputation b̄chlen / in la-
tein anzaigt ist) das weder von der hochenschul
zu Ingolstat / noch der selben sondern person.
vber Seehofers widerrißartickel. Eain erklerung ye auf
gangen / noch die selben verteuſcht worden sein. Darum̄
alles / so biß her / die selbē artickel betreffent / gedruckt vñ
geschriben worden / ist von der hochenschul misgütern er-
dicht / Mit sambt dem das sunst auch mit vnwarhayt ge-
schribē vñ außsprait Seehofer sey mit betreeung des feurs
zu widerrißung gedrungen worden.

nicht über dy
bald in la
der hohent
ndern person.
König ye ad
ein. Darin
gedruckt in
singen er
warhafftige
des furs

B. VII. 7.



I
E
Def...

C
de...
W
de...